

tas postquam dixit : *Principes tui fideles, socii futurum ; mox causam subijci : Omnes diligunt munera.* E contrario Samuel optimus iudex ita eum suis liberâ fronte disceptat : *Si de manu cuiusquam munus accepi, loquimini, et contemnunt illud hodie, restituaque vobis,* 1 Reg. 13, 5 ; et Paulus, Actor 20, 35 : *Argentum et aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis.* Ita Alcamen Telectri filius, spartanus, rogatus cur munera à Messeniis oblata non accepisset, respondit : *Quia si accepissem, cum legibus pacem habere non potuissem,* significans munera non esse accipienda, quæ legibus et respubl. obesse solent ; testis est Plutarch. in Lacon. Hasce iudicium dotes habeant confessarii qui sunt iudices in foro animæ. In huius rei signum, sacerdos vetus, qui erat iudex, inscriptum habebat in pectore : *Doctrina et veritas,* unde et iudices apud Ægyptios saphirum è collo gestabant, cui inscripta erat veritas, de quo c. 28, v. 30.

VERS. 25. — *SI HOC FECERIS, IMPLERIS* (implere poteris : est enim hoc futurum potentiale) *IMPERIUM DEI, ET PRÆCEPTA EIUS POTERIS SUSTENTARE,* id est, sustinere ; hebraicè est : *Præcipiet tibi Deus, et poteris stare,* id est, poteris satisfacere Dei præceptis circa totius populi regimen. Sequantur hoc sapiens Jethro consiliâ, quicumque rectè gubernare volent, ut nihil miram onus cum aliis partiantur, minoraque negotia aliis committant, quò ipsi gravioribus totique communitati invigilare, ac simul Deo et orationi vacare possint.

CAPUT XIX.

1. Mense tertio egressions Israel de terrâ Ægypti, in die hâc venerunt in solitudinem Sinai.

2. Nam profecti de Raphidim, et pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria à regione montis.

3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, et ait : Hæc dies domui Jacob, et annuntiabis filiis Israel :

4. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum, et assumoserim mihi.

5. Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis ; mea est enim omnis terra.

6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta ; hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel.

7. Venit Moyses ; et convocatis majoribus nata populi, exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus.

8. Responditque omnis populus simul : Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cùmque retulisset Moyses verba populi ad Dominum,

9. Ait ei Dominus : Jam nunc veniam ad te in caeligne nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum,

sint : ipsi enim sunt quasi Atlantes, qui Deo nixi onus totius populi suis humeris sustinere debent ; præpositum enim est et insipiens ac iniquum, si rector ita minoribus, vel alienis, vel externis se occupet, ut majora, propria et domestica negligere, vel perfunctoriè obire debeat.

VERS. 24. — *MOYSES FECIT OMNIA QUÆ ILLE SUGGERAT.* Elegit ergo Moyses inferiores magistratus idoneos rebus dijudicandis ; sed cum consensu populi, eosque seriò officii sui admonuit. Vide Deut. 1, à v. 9 ad 19, ubi hæc fusiùs enarrantur.

VERS. 25. — *ET ELECTIS VIRIS STRENUIS, CONSTITUIT EOS PRINCIPES POPULI ET TRIBUNOS.* *Tribunos,* hebraicè *chiliarchas,* sive principes mille, familiarum videlicet : ita enim pulchro ordine hi magistratus ad levamen Mosis instituti sunt, ut decani quinquagenariis, hi centurionibus, centuriones tribunis, sive chiliarchis subessent ; sic ut tribunos quique sub se decem haberet centuriones, centurio sub se haberet duos quinquagenarios, quinquagenarius præsesset quinque decanis ; ita ut à decanis ad quinquagenarios, ab his ad centuriones, ab his ad tribunos, à tribunis demum ad Mosen appellaretur. Vocat verbò noster chiliarchas *tribunos,* quia hic summus olim erat magistratus (tribuni enim plebis erant pares consules, erantque quasi consules plebis) in plebe romanâ, uti et in militia ; sed et colonellos nostros sive chiliarchas exercitibus rectè vocamus tribunos.

CHAPITRE XIX.

1. Le troisième jour du troisième mois, qui était le quarantième jour depuis que les enfants d'Israël furent sortis de l'Égypte, ils vinrent au désert de Sinai.

2. Étant partis de Raphidim, et arrivés en ce désert, ils campèrent au même lieu, et Israël y dressa ses tentes vis-à-vis de la montagne de Sinai.

3. Moïse y monta ensuite pour parler à Dieu, car le Seigneur l'appela du haut de la montagne et lui dit : Voici ce que vous direz à la maison de Jacob, et ce que vous annoncerez aux enfants d'Israël :

4. Vous avez vu vous-mêmes ce que j'ai fait aux Égyptiens, et de quelle manière je vous ai portés, comme l'aigle porte ses aiglons sur ses ailes, et je vous ai pris pour être à moi.

5. Si donc vous écoutez ma voix, et si vous gardez mon alliance, l'alliance sainte que je veux faire avec vous, vous serez le seul de tous les peuples que je posséderai comme mon bien propre, quoique je sois le maître de tous les peuples ; car toute la terre est à moi avec tous ceux qui l'habitent.

6. Mais par un privilège singulier, vous serez pour moi un royaume sacerdotal et une nation sainte, c'est-à-dire que vous serez consacrés à mon service et conduits par des prêtres qui vous gouverneront sous mon autorité. Vous serez vous-mêmes voies et prêtres, mon royaume et mon sacerdoce étant établis parmi vous ; voilà ce que vous direz aux enfants d'Israël.

7. Moïse étant donc venu vers le peuple, en fit assembler les anciens, et leur exposa tout ce que le Seigneur lui avait commandé de leur dire.

8. Et le peuple répondit tout d'une voix : Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit. Moïse rapporta au Seigneur les paroles du peuple.

9. Et le Seigneur lui dit : Je vais venir à vous dans une nuée sombre et obscure, afin que le peuple m'entende, lorsque je vous parlerai, et qu'il vous croie dans toute la suite. Après que Moïse eut rapporté au Seigneur les paroles du peuple,

40. Qui dixit ei : Vade ad populum, et sanctifica illos hodie et cras, laventque vestimenta sua.

41. Et sint parati in diem tertium : in die enim tertiâ descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

42. Constituesque terminos populo per circuitum, et dices ad eos : Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius : omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

43. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimeatur, aut confodietur jaculis : sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet ; cùm coeperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

44. Descenditque Moyses de monte ad populum, et sanctificavit eum. Cùmque lavissent vestimenta sua,

45. Ait ad eos : Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis uxoribus vestris.

46. Jamque advenerat tertius dies, et mane incluserat : et ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius perstrepebat ; et timuit populus qui erat in castris.

47. Cùmque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis.

48. Totus autem mons Sinai fumabat, eò quòd descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace ; eratque omnis mons terribilis.

49. Et sonitus buccinae paulatim crescebat in majus, et prolixius tendebatur : Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei.

50. Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, et vocavit Moysen in cacumen ejus. Quò cùm ascendisset,

51. Dixit ad eum : Descende, et contestare populum, ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, et pereat ex eis plurima multitudo.

52. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

53. Dixitque Moyses ad Dominum : Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai, tu enim testificatus es, et jussisti, dicens : Pone terminos circa montem, et sanctifica illum.

54. Cui ait Dominus : Vade, descende, ascendesque tu, et Aaron tecum ; sacerdotes autem et populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.

55. Descenditque Moyses ad populum, et omnia narravit eis.

40. Il lui dit : Allez trouver le peuple, purifiez-le, et sanctifiez-le aujourd'hui et demain ; qu'ils lavent leurs vêtements, qu'ils purifient leurs corps,

41. Et qu'ils soient prêts pour le troisième jour, qui sera le cinquantième jour depuis leur sortie d'Égypte ; car dans trois jours le Seigneur descendra devant tout le peuple sur la montagne de Sinai.

42. Vous marquerez tout autour des limites pour le peuple, et vous leur direz : Prenez bien garde de ne pas monter sur la montagne, ni d'en approcher tout autour. Quiconque touchera la montagne sera puni de mort, parce que c'est un lieu sanctifié par sa présence.

43. La main de l'homme ne le touchera point pour le tuer, mais il sera lapidé ou percé de flèches ; soit que ce soit une bête de service ou un homme, il perdra la vie ; quand la trompette commencera à sonner, qu'ils montent alors à la montagne, jusqu'aux barrières que vous y aurez mises.

44. Moïse étant descendu de la montagne, vint trouver le peuple et le sanctifia. Et après qu'ils eurent lavé leur vêtements,

45. Il leur dit : Soyez prêts pour le troisième jour, et ne vous approchez point de vos femmes.

46. Le troisième jour étant arrivé, sur le matin, comme le jour était déjà grand, on commença à entendre des tonnerres et à voir briller des éclairs : une nuée très-épaisse couvrit la montagne, la trompette sonna avec grand bruit, et le peuple qui était dans le camp fut saisi de frayeur.

47. Alors Moïse le fit sortir du camp pour aller au-devant de Dieu, et ils demeurèrent au pied de la montagne.

48. Tout le mont Sinai était couvert de fumée, parce que le Seigneur y était descendu au milieu des feux : la fumée s'en élevait en haut comme d'une fournaise, et toute la montagne causait de la terreur par les flammes qui en sortaient, et par le tremblement dont elle était agitée.

49. Le son de la trompette s'augmentait aussi peu à peu et devenait plus fort et plus perçant. Cependant Moïse s'étant avancé, parlait à Dieu, et Dieu lui répondait.

50. Et le Seigneur étant descendu sur Sinai, sur le sommet de la montagne, appela Moïse au lieu le plus haut. Et lorsqu'il fut monté,

51. Dieu lui dit : Descendez vers le peuple, et déclarez-lui hautement ma volonté, de peur que, dans le désir de voir le Seigneur, il ne passe les limites qu'on lui a marquées, et qu'un grand nombre d'entre eux ne périsse.

52. Que les prêtres aussi qui s'approchent du Seigneur se sanctifient, de peur qu'il ne les frappe de mort.

53. Moïse répondit au Seigneur : Le peuple ne pourra monter sur la montagne de Sinai, et il n'aura pas la hardiesse de le faire, parce que vous m'avez fait vous-même ce commandement très-express, en me disant : Mettez les limites autour de la montagne, et sanctifiez le peuple.

54. Le Seigneur lui dit : Allez cependant, descendez vers lui pour lui révéler mes défenses : vous m'entendrez ensuite vous et Aaron avec vous ; mais que les prêtres et le peuple ne passent point les limites, et qu'ils ne montent point où est le Seigneur, de peur qu'ils ne les fasse mourir.

55. Moïse descendit donc vers le peuple et lui rapporta tout ce que Dieu lui avait dit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *MENSE TERTIO EGRESSIONIS ISRAEL DE TERRA ÆGYPTI, IN DIE HAC VENERUNT IN SOLITUDINEM SINAI.* — *In die hâc,* id est, in die eadem, sive ejusdem numeri cum mense tertio, puta tertiâ die mensis tertii. Tè enim hâc die usurpavit pro eadem, variis exem-

plis docet Franc. Ribera lib. 5 de Templo, cap. 7, et ita hoc loco accipiendum esse patebit v. 41. Quare non recet Patres aliqui putant Hebræos venisse in Sina die primâ mensis tertii, uti docet ostendit Bel-larm. lib. 5 de Cultu Sanctor. c. 13.

Nota. Hebraei venerunt in Sina die tertio mensis tertii, anni primi exiit ab Aegypto; discesserunt verò ex Sina anno secundo, mense secundo, die vigesimo, ut dicitur Num. 10, vers. 11. Haeserunt ergo in Sina annum integrum, exceptis tredecim diebus. Omnia ergo, quae ab hoc capite deinceps toto Exodo totoque Levitico, et in Numeris usque ad cap. 10, v. 11, describuntur, gesta sunt in Sina. Unde S. Hieron.: *In Sina, ait, fuit duodecima mansio, ubi media pars Exodi, et totus Leviticus, et Numerorum praecepta, et populi per singulas tribus distributio, et oblatio principum descripta sunt.*

VERS. 5. — MOYSES AUTEM ASCENDIT AD DEUM. In montem Sina, in quo sciebat olim Deum sibi apparuisse, Exodi 5, jussisseque ut post egressum ex Aegypto sibi in eodem sacrificaret: quò de re ut Deum consuleret, Moses jam ascendit in eundem.

VERS. 4. — QUO MODO PORTAVERINT VOS SUPER ALAS AQUILARUM. Sicut enim aquila pullos suos non transferunt unguibus et pedibus, sed eos super alas imponunt, et vectant adè altè ut nullus eas vel telo petere possit: sic et Deus alis providentiae suae sustentat Hebraeos, quando eos ab omnibus hostibus tutissimos reddidit, et paternè sollicitudine fovit. *Omnes enim reliquit aves,* inquit R. Salomon, *pullos suos ponunt inter pedes suos, eò quòd timeant sibi ab avibus quae supra se volitant. Verum aquila non timet sibi, nisi ab homine, ne forte petat eam jnculo. Cim enim multa avis altius ipsa volet, propterea collocat pullos suos in alis, cogitans: Satus est ut in me penetret jaculum quam in pullos meos. Ita et ego feci, inquit Deus, juxta illud c. 14, 19: c. Tollensque se angelus, etc., stetit inter castra c. Aegyptiorum et castra Israel, cùmque Aegyptii militarent facula et lapides, ipsa nubes, in qua latebat angelus, exceptit ea; hactenus ille. Aquila ergo se quasi clypeum opponit pro pullis: ita et facit Deus pro fidelibus et justis. Rursùm, sicut aquile foetus suos per ardua extollunt et assuefaciunt ad solis intantum, ita et Deus Hebraeos per maxima obstacula perduxerat ad tam claram et familiarem Dei cognitionem et cultum.*

Historicè nota Dei providentiam et beneficentiam rectè comparari aquilae; nam aquila singularis est amor tum in pullos, tum in hominem, praesertim si is virgo sit aut beneficus. Narrat Plinius lib. 10, cap. 5, in Sesto educatam à virgine aquilam, eamque libertate donatam, hanc ei duplici benefici gratiam retulisse, primò ut aves, mox etiam ut venatus virgini aggereret. Quid? quòd cùm virginem diem obisset, jamque rogi exurenda extractum vidisset, in accensam pyram sese injecti, et simul conflagravit; quippe quae pari letho interire, quam altrici dominae supervivere satius habuerit.

Ptolomeum Soterem, Arsinoe filium, ferunt Macedones expositum et ab aquila nutritum. Haec sublimis super infantem expansis alis, ab eo et æstum solis et pluviam avertibat, aves gregales arcebat, et coturnicum sanguine tanquam lacte infantem alebat: testis est Suidas in Lago.

Aristonem miro modo ab aquila ex altà foveà liberatum scribit, modumque fusè narrat Pausan. lib. 4, Plutarch. in Parallels: c. Cim pestis, inquit, Sparta grassaretur, oracula monuerunt mali vim cessaturam, si quotannis nobilè aliquam virginem immolassent. Fortè evenit ut Helena sors obigerit: quae cir: maclanda duceretur, aquila devolans sacrificii gladium abripuit, et ad armenta delatum super juvenem demisit. Eius prodigiè argumento hæc virginem immolato quam diu Spartanè ex oraculo observant, sublata est.

Pari prorsus pacto apud Valerios fortè destinata, aquila beneficio servata est. Scribit ex Philarcho Athenicus pullum aquilae à puero alitum, eum quasi fratrem admasse, ægotanti moctum asiluisse; cùm non ederet, ipse pariter cibum non admittibat: eo mortuo fumus prosecutus, cùm cremaretur, in rogiem se pullus injecti. Scribit Aelianus lib. 17, cap. 57, agricolam hauriturum aquam, aquilam cum serpente pugnantem, eo falce dissecto, victorem effecisse, moxque aquam hausisse ex qua, utpote veneno à serpente infecta, socii ejus bibentes paulò post expirarunt: cùmque ipse inde libero pararet, advolvit aquila, poculum evertit, aquam effudit, itaque cum veneno et morte liberavit. Idem, lib. 42, 21, narrat Tilgamum, regem Babylonis, cùm puer esset, jussu avi precipitatum, ab aquila subvolante quae puerum dorso excepti, liberatum et in hortum quemdam teniter depositum. Hoc, inquit, si cui fabula videtur, me quoque non approbare illi fatebor. Audio tamen Achemenem Persam quoque, à quo nobilis Persarum prosapia descendit, aquilae alumnum fuisse.

Hæc profana sunt, audi sacra; Deus enim sanctos mirè sæpè per aquilas juvit. S. Medardum, cùm puer esset in campo pluvie expositus, ab aquila alas et corpus super eum expandente, immunem servatum, esse habet ejus vita. S. Benedicti à latronibus occisi corpus in aquam projectum, ab aquila demonstratum est. S. Stanislaus, Cracoviensis episcopi, à Boleslao rege occisi corpus, quatuor aquilae à canibus et feris defenderunt toto biduo, donec sacerdotes disjecta membra collegerunt, quo subito coaluisse dicuntur. Ven. Beda de S. Cuthberto episcopo Linsardiensi, refert quòd aquila miraculosè piscem acceperit è flumine, eumque S. Cuthberto, ne fame periret, detulerit. Tropolog. sancti, praesertim illustres, in caelis habitant quasi aquilae, ibique eos Deus sibi assumit, quasi suos familiares et amicos. Unde S. Greg. 51 Moral. 34, explicans illud Job. 59: *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum?* S. Paulum et sanctos comparat aquilae: *Videamus, inquit, aquilam nidum in arduis sibi construentem. Qui ait: Nostra conversatio in caelis est, et rursum: Qui conresuscitavit, et consedere fecit nos in caelestibus, in arduis habet nidum; quia profecto in supernis fugit consilium, non vult mentem in ina dejicere, non vult per abjectionem conversationis humane in infimis habitare. Tunc Paulus fortassè in carcere tenebatur, sed se consedere Christo in caelestibus testaretur; cum ibi erat ubi ardentem jam montem fœraret; non illic ubi illum ne-*

cessariò pigri adhuc caro retinebat. Deinde in seq. hanc mentis in caelo positae altitudinem ostendit esse signum divinae predestinationis et electionis à gloria. Hoc est enim quòd ait Isaias cap. 58, 14: *Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terrae, et cibabo te hereditate Jacob.* Meritò ergo S. Aug., Sermon. 2 de omnibus Sanctis, ita fideles exstimulat: *Ad hanc in caelis palmam libenter ac promptè certemus, omnes in agone justitiæ Deo et Christo spectante curramus; ut qui seculo et mundo majores esse cepimus, à cursu nostro nullà secuti cupiditate retardemur. Si expeditos, si celeres in hoc operis agone, si currentes dies ultimos invenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad præmium deerit remunerator.*

Hæc de causâ gentiles in funere imp. aquilam è rogi emittentem, quae animam defuncti ferret in caelum. Audi Spartan. in funere et apotheosi Adriani imper.: *E fastigio simul cum subjecto igno ascensura in caelum aquila dimittitur, quae in caelum creditur ipsam principis animam deferre.* Idem de Augusto testatur Dio in ejus funere lib. 56; testantur et nummi qui unâ parte habent effigiem divi Imp., in alterâ verò aquilam, cum his verbis: *Consecratio S. C. Quin et principes post mortem aquilae insidere, ab eaque veli fingebantur pingebanturque.* Audi Artemidorum in suis Divin. Som. lib. 2, c. 20: *Aquila vehens regibus et opulentis viris obitum prædicit; vetus enim mos est hos mortuos fingere et pingere aquilae insidentes.* Ita imper. Severo signa mortis attulerunt aquilae quatuor à quibus sibi visus est per nocturnam imaginem in caelum abripi. In nummo autem ejus inscriptio est: *Divus Pert. Pius pater,* aquila est pile insidens, quasi ipsum supra caelum sublatum esse velit innuere. Denique epigramma in Platonis sepulcro aquilam appingit, quasi ejus specie anima Platonis in caelum evolvit; sic enim habet: *Car, aquila, ad tumulum hunc volitas? dic nunquid ab astris*

*Hic habitare Deum fortè aliquem intuita es?
mò anima extincti sum diva Platonis, Olympum
Quae colo, sed corpus terrigenum Attica habet.*

VERS. 5. — SI ERGO ADMERITS VOCEM MEAM, ET CESTOBIERTIS PACTUM MEUM, ERITIS MIHI IN PECULIUM, q. d.: Licet sitis pusillus grex, pusilla gens, eritis tamen totum pecus meum, id est, omnis substantia, tote opes meae: olim enim omnis substantia veterum erat in pecore, indeque dictum est peculium: peculium ergo est peculiaris et propria hereditas. Hoc enim est quòd dicit Deuter. 32, 9: *Pars Domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus,* id est, pars hereditaria ejus; olim enim funiculus solebant hereditates inter hæredes dividere et dimetiri.

Pro peculium, hebr. est *segulla*, id est, pars sive portio electa et dilecta, qualis est thesaurus, q. d.: Licet meus sit universus orbis, omnesque populi, vos tamen eritis mihi chari et pretiosi instar cimelii, vel thesauri; unde Septuag. et ex iis S. Petrus et Paulus vertunt, *eritis mihi iudæi speciosiores*, id est, *populus peculiaris, exquisitus et eminens*; unde et Symmachus vertit, *eritis mihi iudæi speciosiores*, id est, *populus selectus,*

egregius, eximius. Lyranus vertit, *eritis mihi amabilia*, id est, *eritis mihi ita amici ac si essetis ipsa mea amabilia.* Vide dicta ad Titum 2.

MEA EST ENIM OMNIS TERRA. Cùm tota terra sit mea vice creationis et conservations, possum et volo vos ex eâ mihi in peculium asciscere, ita ut tota terra mea sit hereditas, vos verò sitis meum peculium, meum segulla.

VERS. 6. — ET VOS ERITIS MIHI IN REGNUM SACERDOTALE. Hebr. in *regnum sacerdotum*, id est, sacerdotale; Hebraei enim gentivum substantivum usurpant pro epitheto adjectivo, q. d.: Vos eritis regnum meum, et non laicum et profanum, sed sacrum meoque cultui et sacrificiis addictum. Septuag. invertunt verba: *Eritis mihi regale sacerdotium*; quos sequitur S. Petrus Epist. 1, c. 2, 2; sed idem est sensus: utramque enim dignitatem, quae in rep. est summa, scilicet regni et sacerdotii sui, hic Deus Hebraeis præ cæteris gentibus tribuit. Chald. vertit: *Eritis mihi reges et sacerdotes*, q. d.: Vos non singuli, sed ex vobis aliqui deputati erunt reges per quos regnabitis, et aliqui erunt sacerdotes per quos sacrificia offerretis Deo. Potest tamen secundò hoc de singulis accipi, quasi cuique in particulari, non autem soli recip., hoc promittit Deus, q. d.: Singuli eritis quasi reges, quia Chanaanæis aliisque gentibus dominabimini; quomodo Pyrrhi legatus dixit se Romæ tot reges quot senatores vidisse. Eritis et sacerdotes, qui inter alias gentes soli eritis meo cultui meisque caeremoniis addicti. Porrò regnum et reges tam activè quàm passivè accipio, q. d.: Vos eritis reges, ita tamen ut ego in vobis regnem.

Quærent hic aliqui cur Moses Judeis promittat regnum sacerdotale; S. Petrus verò epist. 4, cap. 2, 2, inversè Christianis spondet sacerdotium regale? Ac respondent primò, quia regalis dignitas, quae apud Judæos perfecta erat, apud Christianos imperfectior reddita est; sacerdotium verò, quòd apud eos imperfectum erat, apud Christianos perfectissimum, regis et regibus prædominans evasit. Secundò, quia lex Moisi erat lex justitiæ, juxta illud: *Ego Deus zelotes, sine amulatore, reddens iniquitatem patrum super filios,* Deuter. 5, 9; lex verò Christi est lex misericordiae. Regalis auctoritas justitiam tuetur: idè enim gladium portat; sacerdotalis autem misericordiam. *Talis enim,* ut ait S. Paulus Hebr. 7, *decebat, ut nobis esset pontifex, qui possit condolare iis qui ignorant et errant, ac compati infirmitatibus nostris.* Appositè ergo justitiæ tempore, puta in lege veteri, regalis præeminet auctoritas; misericordiae verò tempore sacerdotialis effecta est praestantior; quia à regia potestate justitiæ, à sacerdotali pietas et misericordia expectanda est. Ita Ascanius Martinengus in Genes. tomo 1.

Allud ad historiam Genes. 47, 32, ubi redditur ratio cur soli sacerdotes in Aegypto non fuerant in communi fame compulsi vendere possessiones suas; nimirum quia terra sacerdotalis tradita fuerat à rege sacerdotibus, quibus et statuta cibaria ex horreis pu-

à Deo cum respubl. statum, qui omnium longè esset prastantissimus. Quare Lycurgus leges suas vocavit *εργα*, quasi dicas, oracula. Ita Numà Pompil. legislator et secundus rex Roman. cum deà Egerià se colloqui finxit. Ita Pythagoras aquilam circumatam vocibus sistere et deducere solebat, quasi per eam è celo sua dogmata acciperet; testis est Plutarch. in Numà et Lycurgo. Mercurius, qui primus Ægyptiis leges dedit, theologus habitus fuit divinus, ideoque Trismegistus, id est, ter maximus, cognominatus.

VERS. 10. — SANCTIFICA ILLOS HODIE ET CRAS, LAVENTQUE VESTIMENTA SUA, q. d. : Edic et jube, ut hodiè et cras Hebræi separent se ab omni immunditie; utque corporalem sui et castrorum munditiem, lavando et purgando procurent. Unde Philo lib. de Decalogo asserit eos per triduum lavacris fuisse purificatos, idque ut hæc ratione rudis ille populus excitaretur ad divina legis tercio die accipiendæ reverentiam. Unde Chald. vertit: *Præpara eos*. Hinc et jussit Moses quemque suas lavare vestes, ut hæc exterior lotio eos interioris lotionis et purificationis admoneret, ut parate Deo occurrerent. Sanctificatio ergo hæc et preparatio primò et potissimum sita erat in continentia, ut scilicet abstinerent ab uxoriis; sic enim eam explicat Moses v. 15; secundò, in lotione corporum et vestium; tercio, in purgatione castrorum; quarto, in reverenti expectatione Dei, promulgaturæ suam legem.

VERS. 11. — ET SINT PARATI IN DIEM TERTIUM: IN DIE SUPRA TERTIA DESCENDET DOMINUS CORAM OMNI ELEE SUPER MONTEN SINAI. Dies hic tertius fuit quinquagesimus à paschate, et ab egressu ex Ægypto, fuitque pentecoste, quæ legem à Deo acceperunt in Sina; nam in memoriam date legis hoc 50 die à paschate, quotannis celebrabant Hebræi pentecosten, ut docet S. Hieron. ad Fabiol., et S. Augustinus quæst. 70, et passim alii.

Hic tertius dies fuit sextus mensis tertii, qui dicitur sivan, et maio respondet; nam tertio die sivan venerunt Hebræi in Sina, ut patet vers. 1; inde ab adventu suo die tertia, quæ erat sexta mensis sivan, legem acceperunt. Unde Hebræi in suis Calendariis, teste Genebrardo, pentecosten consignat die sextâ sivan; et patet, quia sexta sivan est quinquagesima ab egressu et paschate exclusivè. Hic enim 50 dies à paschate ad pentecosten ita numerandi sunt, ut pascha, sive primus dies azymorum excludatur, et primus dies horum quinquaginta sit secundus dies azymorum, qui fuit alter à paschate, et ab egressu, ut patet Levit. 23, vers. 11. Numerà ergo à secundo die azymorum, puta à decimo sexto die mensis primi, reliquos 14 dies ejusdem mensis, et 50 dies mensis secundi (Hebræorum enim menses, utpote lunares, alterni erant 29 et 30 dierum) habebis dies 44; his adde sex dies mensis tertii, complebis 50, sive pentecosten. Errat ergo Abulensis hic quæst. 10, dùm asserit legem datam esse die non 50, sed 48 ab egressu; idque ex eo quòd patet Hebræos venisse in Sina die primâ mensis tertii, ac tercio post die accepisse legem. Dies enim prima men-

à Deo cum respubl. statum, qui omnium longè esset prastantissimus. Quare Lycurgus leges suas vocavit *εργα*, quasi dicas, oracula. Ita Numà Pompil. legislator et secundus rex Roman. cum deà Egerià se colloqui finxit. Ita Pythagoras aquilam circumatam vocibus sistere et deducere solebat, quasi per eam è celo sua dogmata acciperet; testis est Plutarch. in Numà et Lycurgo. Mercurius, qui primus Ægyptiis leges dedit, theologus habitus fuit divinus, ideoque Trismegistus, id est, ter maximus, cognominatus.

VERS. 10. — SANCTIFICA ILLOS HODIE ET CRAS, LAVENTQUE VESTIMENTA SUA, q. d. : Edic et jube, ut hodiè et cras Hebræi separent se ab omni immunditie; utque corporalem sui et castrorum munditiem, lavando et purgando procurent. Unde Philo lib. de Decalogo asserit eos per triduum lavacris fuisse purificatos, idque ut hæc ratione rudis ille populus excitaretur ad divina legis tercio die accipiendæ reverentiam. Unde Chald. vertit: *Præpara eos*. Hinc et jussit Moses quemque suas lavare vestes, ut hæc exterior lotio eos interioris lotionis et purificationis admoneret, ut parate Deo occurrerent. Sanctificatio ergo hæc et preparatio primò et potissimum sita erat in continentia, ut scilicet abstinerent ab uxoriis; sic enim eam explicat Moses v. 15; secundò, in lotione corporum et vestium; tercio, in purgatione castrorum; quarto, in reverenti expectatione Dei, promulgaturæ suam legem.

VERS. 11. — ET SINT PARATI IN DIEM TERTIUM: IN DIE SUPRA TERTIA DESCENDET DOMINUS CORAM OMNI ELEE SUPER MONTEN SINAI. Dies hic tertius fuit quinquagesimus à paschate, et ab egressu ex Ægypto, fuitque pentecoste, quæ legem à Deo acceperunt in Sina; nam in memoriam date legis hoc 50 die à paschate, quotannis celebrabant Hebræi pentecosten, ut docet S. Hieron. ad Fabiol., et S. Augustinus quæst. 70, et passim alii.

Hic tertius dies fuit sextus mensis tertii, qui dicitur sivan, et maio respondet; nam tertio die sivan venerunt Hebræi in Sina, ut patet vers. 1; inde ab adventu suo die tertia, quæ erat sexta mensis sivan, legem acceperunt. Unde Hebræi in suis Calendariis, teste Genebrardo, pentecosten consignat die sextâ sivan; et patet, quia sexta sivan est quinquagesima ab egressu et paschate exclusivè. Hic enim 50 dies à paschate ad pentecosten ita numerandi sunt, ut pascha, sive primus dies azymorum excludatur, et primus dies horum quinquaginta sit secundus dies azymorum, qui fuit alter à paschate, et ab egressu, ut patet Levit. 23, vers. 11. Numerà ergo à secundo die azymorum, puta à decimo sexto die mensis primi, reliquos 14 dies ejusdem mensis, et 50 dies mensis secundi (Hebræorum enim menses, utpote lunares, alterni erant 29 et 30 dierum) habebis dies 44; his adde sex dies mensis tertii, complebis 50, sive pentecosten. Errat ergo Abulensis hic quæst. 10, dùm asserit legem datam esse die non 50, sed 48 ab egressu; idque ex eo quòd patet Hebræos venisse in Sina die primâ mensis tertii, ac tercio post die accepisse legem. Dies enim prima men-

sis, inquit ipse, vocatur *dies hæc* vers. 1. Verùm ibi ostendi quòd *dies hæc* vocetur non prima, sed tercia.

DESCENDET DOMINUS. Descendam ego: est enallage persone crebra apud Hebræos. Descendam, inquam, non motu locali, sed revelatione gloriæ meæ, uti indicat Chald. Vide vers. 18.

VERS. 12. — CAVETE NE ASCENDATIS IN MONTEM, NEC TANGATIS FINES ILLIUS, tanquam curiosi scrutatores præsentie et majestatis divine: sed potius eam reverentes continete vos in castris et jumenta vestra.

Tropel. S. Gregor. lib. 6 Moral. 27: *Besia, ait, montem tanquam, cum mens irrationalibus desideriis subdita, ad contemplationis alta se erigit; sed lapidibus percussit, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur.*

VERS. 12 et 13. — OMNIS QUI TETIGERIT MONTEM, MORTE MORIETUR: MANUS NON TANGET EUM, SED LAPIDIBUS OPPRIMETUR. Quia hic qui contra præceptum meum audacter et irreverenter tangit montem, Dei præsentia jam sacrum, censendus est sacrilegus, adeoque pollutus et immundus, ut tanquam anathema vitandus sit; nec tangendus, ne quam attractantibus labem afflet; nec ergo cominus eum feriri, sed eminus lapidari jubeo. Ita Rupertus.

VERS. 15. — CUM COEPERIT CLANGERE BUCCINA, TUNC ASCENDANT IN MONTEM. Hebr. est, *cum traxerit, vel protraxerit buccina*, id est, ut noster interpres vertit Josue 6, 5, *cum insouerit sonus longior et concisior buccinæ*. Verùm quia Hebræi nulla habent verba composita, sed ea per simplex exprimiunt, hinc Septuag. et Chald. *abstrahere vel subtrahere* vertunt contrario sensu: *Cum substractus fuerit, cessaveritque sonus buccinæ, tunc ascendite in montem*. Sed noster interpres usitatus verbi significatum secutus est, cum vix in alterâ quam habent Septuag., significatione reperitur. Unde et passim ita vertunt recentiores; atque ad vocem tubæ, non autem ad cessationem tubæ Hebræos ascendisse in montem, patet v. 16 et 17, ex communi omnium interpretum versione et consensu. Buccina hæc, inquitur Judæi, fuit cornu arietis immolati pro Isaac; sed hæc sunt angæ: buccinæ ergo hæc non fuit cornea, sed acra; angelus enim aerem collidens, ut sonum ederet similem inflatæ buccinæ, quasi per buccinam hic buccinæ dicitur. Angelus ergo clangens de monte Sina, ut habent Chald., Septuag., et indicant sequentia, hoc clangore populum vocabat ex castris à monte disitis, ut veniret ad radicem montis, ibique legem Decalogi, angelo, quasi præcone Dei, proclamante, audiret.

Mysticè, sonitus buccinæ significabat gravitatem præceptorum Dei, quæ ut impleantur, homini indicitur bellum contra seipsum, inquit S. Thomas in c. 12 ad Hebr. lect. 4.

ASCENDANT IN MONTEM, ascendant versus montem, usque ad terminos à Mose jussu Dei præfixos, in ipsâ montis radice. Vide v. 17; nam, v. 12, jussi sunt subponâ mortis montem ipsum non tangere. Jubentur ergo hic tantum castris egredi, et ad radices montis Sina proprius accedere. Ita Rupertus, Hugo, et alii.

Adde, totus hic mons igne fumabat, ut patet Deut. 5, 4; ergo non poterat ad eum propius accedere Hebræi.

VERS. 14. — SANCTIFICAVIT EUM, eo modo qui jam dictus est, quique sequitur, scilicet jubendo lavari vestimenta, et abstinere ab uxoriis, atque comparare se per munditiem, et reverentem expectationem Dei ejusque legis, in diem tertium, quo futura erat Decalogi promulgatio.

VERS. 18. — TOTUS AUTEM MONS SINAI FUMABAT; EÒ QUÒD DESCENDISSET DOMINUS SUPER EUM IN IGNE, ET ASCENDERET FUMUS EX EO, QUASI DE FORNACE. Deuter. 4, v. 11, dicitur mons Sina arsisse usque ad cælum. Sicut ergo in fornace partim flamma et ignis, partim fumus necdum accensus, sed cum igne convolutus conspiciatur; ita pariter ignem fumo mixtum in Sina angelus vice Dei produxit, idque sive ex aere, sive ex fumosâ quâpiam materia, quæ faciliè ignem concipit, puta ex thure, resinâ, sulphure, etc.

Nota. Ignis est insigne divine ac regie majestatis; hinc Deus in rubo Mosis, in columna, in monte Sina, in templo, et alibi, cum ejus regia aut judiciaria potestas exprimitur, in igne apparuit. Ignis enim præit illum, tanquam verum regem et judicem maximum. Psal. 49: *Deus manifestè venit, etc., ignis in conspectu ejus exardescet*, id est, prælucebit regi vero; Psal. 96, agens de Christi judicio: *Ignis, inquit, ante ipsum præcedet*. Ita imperatoribus olim præferebatur ignis, teste Herodiano, quia ignis est symbolum tum principatus, ut qui primus ac princeps inter elementa virtute ac splendore emineat; tum vite, doctrine, felicitatis, potentie et gloriæ, quibus rebus Deus Divigue pollent, et post eos principes, reges ac judices. Hinc Varro à ignis, ait, dicitur à gignendo et nascendo, quòd ab igne omnia nascantur, et ignis animalibus vim indat mirificam.

Sybol. Cyprianus lib. 3 Testimon. ad Quirinum, hoc igne, uti et igne rubi, Exodi 3, et linguis igneis in pentecoste, Actor. 2, significatum putat Spiritum sanctum. Porrò ignis hic fumans, insigne fumus, minax erat incendiis, si legem Dei violarent, uti de facto ob legis violationem, urbs et templum primò à Chaldæis, deinde à Tito et Romanis heensa, et in fumum cineresque redacta sunt.

ERATQUE OMNIS MONS TERRIBILIS. Benè vertit noster, si aliis punctis in hebræo legas in *hiphil*; *vaichared*, id est, et terruit, sive perterrefecit Hebræos hic mons. Jam aliis punctis in cal legunt *vaichared*, id est, ut Chald. *Et contremuit totus mons*, ideoque pariter erat terribilis. Terræ motu fuisse hic concussum montem Sina, patet quoque Psal. 67, 9: *Terra mota est, etenim cæli distillarunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel*. Unde patet, simul cum terræ motu, inter ignes et fulgetra, de quibus v. 16, hic existisse pluviam, quod et Josephus testatur. Septem ergo fuerunt terribilia in Sina, cum ibi daretur lex: Primò, totus mons tremebat. Secundò, totus mons igne et fumo ardebat. Terciò, horrenda erant tonitrua et fulgura. Quartò, erat caligo densissima. Quintò, erat pluvia et procella, ut ait Apostolus Hebr. 12, 18. Sextò, sonus buccinæ

perstrepebat. Septimo, angelus è Sinâ vobis tubali et horribili Decalogum proclamabat. Omnia hæc cò spectabant, ut Hebræos sacro quodam horrore, timore et reverentiâ tum auminis, tum legis, quam accepturi erant, observanda, percellerent. Aptè quoque pluvia legem, quasi doctrinam è caelis descendentem significabat. Unde illud Mosis Dent. 52, v. 2: *Concreta est in pluviam doctrinam meam, sicut ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam.*

Allegor. tonitru significabat terrorem prædicationis Evangelii, unde Paulus à S. Hieronymo vocatur tonitru gentium; fulgura significabant claritatem miraculorum; vox buccinæ fortem prædicationem Apostolorum. Dominus descendit in igne et fumo, quia fideles sacre claritatis et Evangelii ostensione illuminat, et infidelium oculos fumo et caligine erroris obscurat, inquit Isidorus.

VERS. 19. — DEUS RESPONDEBAT EI. Hebræicè additur *per vocem*, q. d.: Non per phantasmatâ aut visiones, sed exterius clarâ voce Deum respondebat Mosis, ut Hebræi Deum cum Mose legislatore suo loquentem audirent.

Nota. Qui hic passim cum Mose loquitur, quique sequenti cap. Decalogum ex Sinâ proclamavit, fuit angelus, ut patet Actor. 7, 53, et Galat. 3, v. 19, ubi disertè dicitur legem datam esse per angelos; dicitur tamen hic angelus Deus, quia Dei personam gerens, ejusque legem tradebat, tanquam Dei præco et legatus.

VERS. 20. — DESCENDITQUE DOMINUS SUPER MONTEM SINAI IN IPSO MONTIS VERTICE, ET VOCAVIT MOYSEM. Descenderat jam Deus per angelum, v. 18, super montem in igne, sed quasi sursum adhuc elevatus super montem, et in aere consistens; hoc enim innuit *super*; hic verò ulterius descendit ad ipsum verticem, eoque Mosen evocat: Moses enim infra verticem consistebat, ibique cum Deo, audiente populo vicino, et ad radices montis consistente, colloquebatur; unde hic jubetur à Deo in cacumen montis ascendere, ad quod pariter Deus densiore nube et majore gloria descendit. Perperam ergo Calvinus hic carpit nostrum interpretem, dum vult vendendum esse, non, descendit, sed, descendit autem, scilicet jam ante v. 18.

VERS. 21. — NE FORTE VELIT TRANSCENDERE TERMINOS. Hebræicè est: *Ne destruant, ne dissipent, subvertant terminum à me statutum.* Unde colligi videtur, limitem hunc et terminum sepe aliquâ, vel palis obductum fuisse, quæ accedenti ad montem disjicienda foret.

VERS. 22. — SACERDOTES QUOQUE QUI ACCEDUNT AD DOMINUM, SANCTIFICENTUR, NE PERCUTAT EOS. Necdum Aaron ejusque filii creati erant sacerdotes; sacerdotes ergo hic intelligit eos qui ante Aaronem in populo, ex lege naturæ erant sacerdotes, quos multi putant fuisse primogenitos familiarum. Ita Cajet. Lipoman. et alii. Tales sanè fuisse videntur juvenes illi quos Moses, 24, 25, misit immolare holocausta.

Nota. Qui accedunt ad Dominum, q. d.: Quorum munus est accedere ad Dominum, ut orando et sacrificando sint mediatores inter Deum et populum. Jubet

ergo Deus sacerdotes cum cæteris, imò præ cæteris, sanctificari, id est, se emundare ab omni sordè et maculâ, vestimenta lavare, abstinere ab uxoriis, et reverenter expectare Deum Decalogi promulgatorem.

VERS. 25. — DIXITQUE MOYSES: NON POTERIT VULGUS ASCENDERE IN MONTEM, q. d.: Non præsumet populus id, quod scit à te vetitum sub pena mortis; consuetudinis et colloquii divini avidior Moses deprecatur, et excusat se, ne jubetur redire ad populum.

TESTIFICATUS ES, protestatus es. SANCTIFICA ILLUM, q. d.: Montem Sinâ termino, vel sepe aliquâ separa ab accessu populi, ut mihi soli mons hic quasi dicitur videatur.

VERS. 24. — VADE, DESCENDE, ut sacerdotibus etiam denuntias ne transeant terminos montis, à me populo præstitutos; de sacerdotibus enim priore præcepto, v. 21, nihil attingi. Deinde *descende*, ut severiore interdicto et pena ipsorum firmes et sancias, videlicet non à populo, sed à me Deo vestro eum qui secus fecerit, terminosque montis transierit, interficiendum esse. Tertio, *descende*, ut Aaron destinatum jam sacerdotem, tecum in montem ad me adducas, idque hoc fine ut hæc ratione ejus sacerdotium à me populo commendetur, illicque fiat venerabile et reverendum, cum hunc à me honorem Aaroni deferri videbit, ut eum meâ vocatione et presentia digner. Quarto et maxime, *descende*, ut tu, ô Moses, sub vertice montis penè cum populo constitutus, velut unus ex eo, legem meam, puta Decalogum (quem cap. seq. ex Sinâ proclamabo) cui tu quoque subjectus es, audias: sed hanc rationem subicit hic Deus.

Allegor. promulgatio legis veteris significabat promulgationem legis novæ: utraque enim facta est die quinquagesimo à paschate, puta in pentecoste; ibi terre motu contremuit mons: hic domus discipulorum; ibi inter flammâ ignitum et micantia fulgura fragor tonitruorum personabat: hic cum ignearum visione linguarum sonitus pariter de caelo tanquam spiritus vehementis advenit; ibi clangor buccinæ verba legis perstrepebat: hic tuba evangelica Apostolorum ore insonuit. Ita Beda in homiliâ vigiliæ pentecostes, et S. Hier. ad Fabiol. Quin et Apostolus Hebr. 12, 18: *Non enim accessitis, inquit, ad tractabilem montem, et accessibilem (accensum) ignem, et turbinem, et caliginem, et procellam, et tubæ sonum; sed accessitis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et multarum millium angelorum frequentiam, etc.; videte ne recusetis loquentem.*

VERS. 25. — DESCENDITQUE MOYSES AD POPULUM, ut præceptum de non transgrediendo limitis montis populo promulgaret: quo facto, statim rursus cum fratre Aaron, ut ei jussisset Deus v. 24, ascendit aliquosque, ita ut à populo ad radices montis stante distaret, ut patet c. 20, 19; ibique Moses stans audivit Decalogum proclamari ab angelo, indeque postea evocatus in verticem ascendit, c. 20, 21, accepturus ibidem à Deo leges alias cæremoniales et judiciales, tanquam Aaronem et populum ad castra remisit, ut patet Deuter. 3, 50.

CAPUT XX.

1. Locutusque est Dominus cunctos sermones hos: 2. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terrâ Egypti, de domo servitutis.

3. Non habebis deos alienos coram me.

4. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in caelo desuper, et quæ in terrâ deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terrâ.

5. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me:

6. Et facies misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiant præcepta mea.

7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insonitum Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

8. Memento ut dicam sabbati sanctifices.

9. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua.

10. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena qui est intra portas tuas.

11. Sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diei sabbati et sanctificavit eum.

12. Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

13. Non occides.

14. Non moechaberis.

15. Non furtum facies.

16. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

17. Non concupisces domum proximi tui; nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

18. Cunctus autem populus videbat voces et lampades, et sonitum buccinæ, montemque fumantem: et perterriti ac pavore concussi, steterunt proci,

19. Dicentes Moysi: Loquere tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.

20. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos venit Deus, et ut terror illius esset in vobis, et non peccaretis.

21. Stetitque populus de longè. Moysen autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

22. Dixit præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis quod de caelo locutus sim vobis.

23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

24. Altare de terrâ facietis mihi, et offeretis super hoc holocausta et pacifica vestra, oves vestras et boves,

CHAPITRE XX.

1. Le Seigneur parla ensuite de cette sorte à tout le peuple d'Israël:

2. Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous ai tirés de l'Égypte, de la maison de servitude où vous étiez.

3. Vous n'aurez point de dieux étrangers en ma présence, et vous n'en adorerez point d'autre que moi.

4. Vous ne ferez point d'image taillée, aucune figure de tout ce qui est en haut dans le ciel, et en bas sur la terre, ni de tout ce qui est dans les eaux sous la terre, pour en faire des dieux.

5. Vous ne les adorerez point, et vous ne leur rendrez point le culte souverain qui n'est dû qu'à moi: car je suis le Seigneur votre Dieu, le Dieu fort et jaloux, qui venge l'iniquité des pères sur les enfants, jusqu'à la troisième et quatrième génération, dans tous ceux qui me haïssent:

6. Et qui fais miséricorde dans la suite de mille générations, à ceux qui m'aiment et qui gardent mes préceptes.

7. Vous ne prendrez point en vain le nom du Seigneur votre Dieu: car le Seigneur ne tiendra point pour innocent celui qui aura pris en vain le nom du Seigneur son Dieu, soit en jurant faussement, ou sans nécessité, ou sans respect.

8. Souvenez-vous de sanctifier le jour du sabbat en la manière que je vais vous marquer.

9. Vous travaillerez durant six jours, et vous y ferez tout ce que vous aurez à faire.

10. Mais le septième jour est le jour du repos consacré au Seigneur votre Dieu: vous ne ferez donc ce jour aucun ouvrage, ni vous, ni votre fils, ni votre fille, ni votre serviteur, ni votre servante, ni vos bêtes de service, ni l'étranger qui sera dans l'enceinte de vos villes. Vous ne ferez, dis-je, aucun ouvrage qui puisse vous détourner du culte que vous devez lui rendre en ce jour.

11. Car le Seigneur a fait en six jours le ciel, la terre et la mer, et tout ce qui y est renfermé, et il s'est reposé le septième jour; c'est pourquoi le Seigneur a béni le jour du sabbat, et il l'a sanctifié, voulant que l'homme l'emploie tout entier à lui rendre ses devoirs et ses hommages.

12. Honorez votre père et votre mère, afin que vous viviez long-temps sur la terre que le Seigneur votre Dieu vous donnera.

13. Vous ne tuerez point.

14. Vous ne commetrez point de fornication.

15. Vous ne déroberez point.

16. Vous ne porterez point de faux témoignage contre votre prochain, et vous ne le calomniez point.

17. Vous ne désirerez point la maison de votre prochain; vous ne désirerez point sa femme, ni son serviteur, ni sa servante, ni son bœuf, ni son âne, ni aucune de toutes les choses qui lui appartiennent.

18. Or, tout le peuple entendait les tonnerres et le son de la trompette, et voyait les éclairs qui brillaient comme des lampes ardentes, et la montagne toute couverte de fumée; et dans la crainte et l'effroi dont ils étaient saisis, ils se tirent loin de la montagne.

19. Et ils dirent à Moïse: Parlez-nous vous-même, et nous vous écouterons; mais que le Seigneur ne nous parle point, de peur que nous ne mourrions.

20. Moïse répondit au peuple: Ne craignez point; car Dieu est venu dans cet éclat, non pour vous perdre, mais pour vous éprouver et pour imprimer en vous sa crainte, afin que vous ne péchiez point.

21. Le peuple demeura donc bien loin, et Moïse s'approcha de l'obscurité où Dieu était.

22. Le Seigneur dit encore à Moïse: Vous direz ceci aux enfants d'Israël: Vous avez vu que je vous ai parlé du ciel, sans me montrer à vous sous une forme sensible.

23. Vous ne ferez donc point sur la terre de dieux d'argent ni de dieux d'or pour les adorer.

24. Mais jusqu'à ce que j'en aie ordonné autrement, vous me dresserez un autel de terre, et vous m'offrirez

in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, et benedicam tibi.

25. Quod si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus: si enim laveris cultum super eo, pollutur.

26. Non ascendes per graus ad altare meum, ne reveletur turpitudine tua.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTUSQUE EST DOMINUS CUNCTOS SERMONES HOS. Buccina, quæ hactenus confusum buccinae sonum dederat, jam angelo voces distinguente, articulatum dedit sonum verborum sequentium, puta decalogi. Decalogum enim hic angelus, Deum representans, quasi legislator tubali voce, quæ à toto populo (à tribus millionibus hominum) exaudiri posset, promulgavit. Ita Nyssen. Philo. et alii.

Angelus ergo dicit: *Ego sum Dominus Deus tuus*, etc., quia loquitur in personâ Dei; perinde ut prorex Neapolis in suis edictis dicit et scribit: *Nos Philippus Rex mandamus*, etc., quia nomine regis Philippi edicit et imperat.

Hinc Prosper lib. 1 Promiss. ult. Judæos inde dictos putat quod receperint jus Dei, id est, legem Dei. Verum hæc tantum apta est allusio ad nomen latinum; nam aliqui certum est Judæos hebraicè vocari et denominari à Judâ patriarchâ, Genes. 49, 8.

VERS. 2. — ECO SUM DOMINUS. Hic incipit decalogus, quem totum commodius explicabo Deuter. 5, v. 6: ibi enim totus repetitur meliori ordine.

VERS. 18. — CUNCTUS AUTEM POPULUS VIDERAT VOCES. Videbat, id est, percipiebat non visu, sed auditu, id est, audiebat. Hebræi enim sæpè sensum unum cum altero commutant, ac præsertim visum pro quolibet sensu sumunt, quia visus est omnium sensuum præstantissimus, et certissimus, inquit S. August., quæst. 72; vide canon 5. Videre ergo voces hic idem est quod voces cognoscere: nam, ut ait Philo, lib. de Decalogo, vox hæc Hebræis tam clarè et sonorè se ingerbat, ut videre magis eam quàm audire se putarent.

ET LAMPADES; fulgura lucientia et flammantia instar lampadam. Vide c. 19, 16.

ET SONITUS BUCCINÆ. Buccina, quæ ante decalogi promulgationem quasi tuba clangerat, et evocaverat Hebræos ad legem Dei audiendam; illa, angelo decalogum voce articulata proclamante, siluaret; sed peractâ decalogi promulgatione, mox rursùm quasi tuba clangere et strepere coepit. Unde timens populus ne rursus Deus voce sua sonorè et terribili loqueretur, rogavit Mosem ut ipse ferret internumtus, et vice Dei loqueretur, Deique jussa ac voces ad populum perferret: quin et hoc buccinæ sonitu et timore perennis populus retrocessit à Sinâ, eminusque stetit, ut hic dicitur.

VERS. 20. — UT PROBARET. Ut experiretur vestrum timorem, reverentiam et obedientiam.

desse vos holocaustes, vos hosties pacificas, vos herbis et vos boues, en tous les lieux où la mémoire de mon nom sera établie. Et si vous êtes fidèles à observer tout ce que je dis, je viendrai à vous, et je vous bénirai.

25. Que si vous me faites un autel de pierre, vous ne le bâtirez point de pierres taillées; car il sera souillé, si vous y employez le ciseau, comme font les idolâtres qui croient leurs autels d'autant plus saints qu'ils sont plus polis.

26. Vous ne monterez point non plus par des degrés à mon autel, de peur que votre nudité ne soit découverte.

COMMENTARIUM.

VERS. 21. — STETITQUE POPULUS DE LONGE. Intelligit ex cap. præcedenti v. 24, Mosem cum Aaron ascendisse ultra radices montis Sinâ, populumque sive principes populi voce Dei perterrefactos, ad Mosem vociferatos esse ac rogasse ut Deus eis non loqueretur, sed Moses; quod audiens Dominus probavit petitionem populi, jussitque eum redire ad tentoria sua cum Aaron, Mosem verò jussit manere in monte, et in ejus cacumen conscendere, ut ibi alia, quæ sequuntur, Dei mandata audiret, eaque ad populum referret. Vide Deuter. 5, 23 et seq.

MOYSES AUTEM ACCESSIT AD CALIGINEM, IN QUÆ ERAT DEUS. Significabatur hæc caligine Deus et natura divina, quæ cognitionem omnem hominum et angelorum in immensum transcendit. Deus ergo sibi ipsi est summa lux, nobis autem est summa caligo; sicut sol in se lucidus est, idem tamen oculo nocturne infirmæ et debili opacæ est, caliginosus et invisibilis. Vide S. Dionys. de Mysticâ Theolog. c. 1; Nyssen. hic et D. Thom. in illud 1 Timoth. 6: *Qui lucem habitat inaccessibilem*. Ita Aegypti livinæ naturæ immensam obscuritatem significantes, dicitabant primum omnium principium tenebras esse, super omnem intellectum positas. Ad hæc in sacris Deum ter vocabant *incognitam caliginem*, uti ex Damascio Platonicè docet Nico. Causinus in Polihistor. Symbolicæ. lib. 1, c. 1. Verè Psaltes psal. 17, 12: *Posuit (Deus) tenebras latibulum suum. Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt*.

VERS. 25. — NON HABEBIS DEOS ARGENTOS. Hebr. additur *meum*, quos videlicet unâ mecum colas. Refrigit Deus primum decalogi præceptum hic et alibi sæpè, unumque Deum inculcat; quia Hebræi in Aegypto idolis assueti, ad idola valde erant proclives. Docet Lactantius lib. 1, 15, et veteres retinisse in deos homines de republ. bene meritos, tum ut eis se gratos ostenderent, tum ut hoc exemplo et præmio acenerent aliorum virtutem. Hinc Apollinem cithara, Aesculapium medicina, Saturnum et Cererem agricultura, Liberum sive Bacchum vitis et vinum, Vulcanum fabrica deos fecit. Hinc Aegyptus Isidem, Athene docta urbs Minervam colere: quod illa lini, hæc olei usum artemque lanificæ reperisse feratur. Idem c. 22, apud Romanos auctorem hujus superstitionis tradidit fuisse Sabinum, qui ut eam populo persuaderet, finxit se cum deâ Egeriâ nocturnos habere congressus. Vide S. Aug. lib. 4 de Civit. et seq.

Tropol. dii aurei et argentei avaris sunt opes et nummi aurei; unde avaritia ab Apostolo vocatur ido-

lorum servitus. Nam, ut ait Innocent. III. Pont. lib. de Milit. cond. humana: *Sicut idololatra servit simulacro, sic avarus servit thesauro. Nam ille cultum idololatriæ diligeret ampliat, et iste cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum diligentè colit simulacrum, et isto cum omni curâ custodit thesaurum. Ille spem ponit in idololatriâ, et iste spem constituit in pecuniâ. Ille timet mutillare simulacrum, et iste timet minuire thesaurum.*

ALTARE DE TERRA FACIETIS MIHI, q. d.: Non faciatis altare ex auro vel argento, ex quo faciunt gentes suos deos et suas aras, sed ex terrâ, sive rudi, sive potius coctâ et formatâ in lateres, q. d.: Altare non elegans, non aureum, non pretiosum, sed simplex et lateritium faciatis mihi. Ita Cajetanus, et hoc innuit vox hebræa: in Hebræo enim non est *erets*, sed *adanant*, quod terram rufam et luteam significat, ex quâ fiunt lateres. Talia fœdere et prisca Romanorum altaria, de quibus Tertul. in Apologetico: *Nam etsi à Numâ concepta religio est, nondum tamen aut simulacris aut templis divina apud Romanos constabat, et nulla Capitolia celo certantia, sed temeraria de cespite altaria, et vasa adhuc Samia, et Deus ipse nusquam*. At postea, qualia Romæ templa! quales aræ! audi Silium, apud quem Jupiter prædicit de illo Domitiani:

Aurea Tarpeia condet Capitolia rupe,

Et junget nostro templorum cœlimina celo.

Quæres cur altare ex terrâ, vel ex lapide impolito, non autem ex marmore, auro vel argento sibi erigi voluerit Deus? — Respondet primò R. Abraham Deum lapides altaris levigari, aut poliri, et omnino attingi ferro vetuisse, quia nefas, inquit, erat, eorum lapidum qui ad rem tam sacram erant adhibendi, particulas scalpello abrasas in terram aut sterquilium decidere. Secundo, R. Moses Maimonius causam dat hanc, ne scilicet ex frustis sacerorum lapidum simulacra sibi formarent idololatra, ad supersticiosos cultus, aut magicæ arte. Tertio, R. Simeon, et R. Moses Gerundensis, quin et Diodorus, atque ex eo Theodor., q. 44, hæc dant causam: Altare, inquit, comparatum est ad salutem, et ad extendendam prorogandamque hominis ætatem; ad hæc ferro amputatur; ferro enim multi hominum trucidantur; ferrum ergo, quod tantam perniciem hominibus affert, non decuit adhiberi; hinc et in templo Salomonis nullus ferri fuit usus sive pro materia, sive pro instrumento, adeo ut ne clavi quidem ferri sint adhibiti, sed aenei, cæteroque ex ferro aptiores futuri. Unde et Cicero lib. 2 de Legibus, as et ferrum arceat à delubris, ut duelli instrumenta, non fani. Quarto, Latini aliqui hæc dant causam: Jussit, inquit, Deus ea altaria, quæ interea fierent dñm ipse habitaret in tentoriis, id est, ante edificatum à Salomone templum, loco in perpetuum electo, vel ex terrâ congestâ, vel rudibus tantum lapidibus constructi; ut vel citò dilaberentur, vel temerè accumulata moles potius quam altaria viderentur, ne religio-nem confusio, scilicet ex diversis altaribus, in quibus majores sacrificasset, consequeretur apud posteritatem; cujusmodi malum metuebant Israelitæ, cum viderent Rubenitas ingens altare erexisse apud Jer-

danem, Josue 22. Hæc expositio vera est, sed non plena nec adæquata. Quis enim dubitet in politissimo Salomonis templo, ubi secti et politissimi erant ceteri lapides, sectos et politissimos quoque fuisse lapides altaris? præsertim cum de ipso templi pavimento expressè dicat Scriptura: *Stravit quoque (Salomon) pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo*, 2 Paralip. 3, 6; ac de ipso atrio dicitur: *Edificavit atrium interius lapidum politorum*, 3 Reg. 6, 36; et c. 7, v. 12: *Et atrium majus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis*. Si atrium fuit ex lapide secto et polito, multo magis altare. Quintò Andr. Masius in Josue 8, n. 15; Veteres, inquit, tam Judæi, quàm Christiani, simplicissima faciebant altaria, ut in iis nihil nisi hostiam, puta corpus et sanguinem Christi à Christianis oblatum, à Judæis verò adumbratum admirarentur. Unde, inquit, et detestabantur, si imago ulla in altari poneretur. Verùm hic unus est locus à duobus, quos censores Masii notantur et censuerunt corrigendos et castigandos. Certum enim est olim in templis et altaribus Christianorum fuisse imagines; id enim docet Prudentius in hymno de S. Cassiano, ubi scribit se in templo Cassiani vidisse super altare ejus imaginem. Sic Valentinianus junior admonitus à Sixto papâ (ut habet Anastasius in vita Sixti, Platina, et alii) posuit in ecclesiâ S. Petri, supra tumulum, id est, supra altare B. Petri, imaginem auream Salvatoris. Similia habent S. Basil. orat. in Barlaam, circa finem, Nyssen. orat. in Theodorum, Paulinus in vita Felicii, Lactantius in carmine ad crucifixum, Erodus lib. 2 de Miraculis S. Stephani, Athanasius ad Antiochum, q. 6. Citat Masius pro se S. Aug. et Optatum, sed pererram, ut patet loca ipsa intuenti. Vide Bellarm. l. 2 de Imagin., c. 9. Masium tamen interpretatur et excusat Serarins in Josue 8, q. 16.

Dico ergo: Vera causa, cur Deus altare sibi fieri voluerit ex terrâ, vel lapide insecto et impolito, fuit, ut Hebræos ad idola pronos quàm longissime ab idolorum sculpturis et picturis, atque à gentium cultu rituumque avocaret. Gentes enim ex marmore aut metallis solebant splendida et magnifica construere idolis suis altaria (quale fecit Achaz rex idololatra 4 Reg. 16, 10 et 15), semoto et sublato altari Salomonis; in iisque sculperet vel pingere imagines, aut symbola, aut characteres suorum idolorum. Ab his ergo hæc lege Hebræos avocare voluit Deus; hæc enim lex est appendix pertinens ad primum Decalogi præceptum de non faciendis idolis et sculptilibus; unde et illi immediate subnectitur, ut patet v. 25 et 24. Ne ergo Hebræi crassi putarent, vel in ipsis sculpturis altaribus afflari factis, vel in ipsâ materiâ pretiosâ, puta auro vel argento, latere aliquid numinis, idcirco voluit Deus altare fieri rude ex terrâ, vel ex lapide insecto; hæc enim de causâ Baruch cap. 6, tam impensè elevat et vilipendit materiam, elegantiam et ornamenta idolorum et altarum, quæ Hebræi captivi visuri erant in Babylone, ne iis abrepti deflecterent ad ea veneranda et colenda. Ita S. Thomas 1-2, q. 102, art. 4, ad 7; Abulens., Cajet., Lipom. et alii.

Hinc causa alias probabiles addit Serarius in c. 8 Josue, q. 16: Deus, inquit, recte voluit altare fieri ex terrâ, vel ex rudi lapide, primò, ut significaret veteris Testamenti sacrificia et victimas nudes ac informos fuisse; typos nimirum et figuras unici Christi Jesu sacrificii, quod in crucis arâ semel cruentè factum, incrementè quotidie repeti solet. Secundò, ut ostenderet, quàm rudis ac impolita et dura futura esset ejusdem Christi Domini ara, ipsa, inquam, crux, ut indicat Procopius. Tertio, ut altarium veterum nullum fore perpetuum innoteret; sed sicut ex terrâ et scabris lapidibus facile construerentur, ita et facile destructum iri. Quarto, ut subitò et ubique, cum voluisset Deus, occasio esset altaris ipsi erigendi, cum minime operosum artificiosumve postularèt. Quintò, ut se victimas potius quàm altaria intueri, magisque illarum puritate ac sanctitate, quàm horum pretio et arte oblectari, monstraret Dominus.

Symbolicè, R. Levi Ben Gerson censet in templo et altari tam Mosis quàm Salomonis vetita esse scalpra ad hoc, ut ex eo homines intelligerent Deum suapte naturâ perfectum optimumque esse, neque ad sui absolutiorem perfectionemque limam, vel externum aliquid accipere, sicuti Dei altare nullo opere, limâ vel artificio, sed suapte materiâ perfectum erat; altare enim Deum ipsum representabat.

Allegorica causa datur à Gregorio lib. 3 Moral. 20, et Rupert. Per terram, inquit, incarnatio Domine designatur; quidquid enim offerimus Deo, in altari terreo, id est, in fide Domine incarnationis solidamus. Idem significat altare ex lapide nativo et insecto; itaque altare de terrâ Deo facere, est incarnationem mediatoris expectare. In altari ergo de terrâ altatum munus offerimus, si actus nostros Domine incarnationis fide solidamus, sicut ex S. Gregorio Anser. lib. 3 in Apocalypsin, sub initium.

Tropologicè, Isidorus: Lapidis insecti, inquit, sunt fideles in fide, morumque integrâ et sanetâ unitate solidati, ac nullo schismate scissi et divisi; de quibus dicit Apostolus: *Vos estis lapides vivi, qui œdificamini in domos spirituales.*

ET OFFERETIS SEPER EO HOLOCAUSTA, ET PACIFICA. *Pacifica* sunt hostie oblate pro pace et incommutate domus aut republice, de quibus Levit. 3.

IN OMNI LOCO IN QUO MEMORIA FUERIT NOMINIS MEI. Hebr. in quo memorari fecero nomen meum; ipse enim Deus certum sibi locum templi, altaris et sacrificii delegit, ne, si passim ubilibet liceret cuique sacrificare, facile schisma, nova religio, idololatria aut superstîtio inter Hebræos surpereret. Locus ergo altari et sacrificio à Deo deputatus erat in ubi illo tempore arca vel tabernaculum consistebat; aliquando autem et alibi per Dei dispensationem et instinctum, vel ob gravem aliquam causam erecta sunt à nonnullis Prophetis vel regibus altaria ad sacrificandum. Sic enim Samuel sacrificavit in Masphâ, 4 Reg. 7, 9, et in Ramatâ, ibidem v. 17, et in Bethlehem, 4 Reg. 16, v. 5. Sic et Absalon sacrificavit in Hebron, 2 Reg. 15, v. 7 et 12, eum tamen arca tunc non esset in Hebron, Masphâ, Ramatâ,

vel Bethlehem, sed in Cariatiarim, 4 Reg. 7, 4, tabernaculum verò esset primò in Silo, deinde in Nobe, 2 Reg. 21, v. 4 et 7; destructâ verò per Saulem Nobe, translatum est tabernaculum in Gabaon; unde à Salomone advectum est ad templum ab eo constructum, ibique unâ cum arcâ repositum, ut dicitur 2 Paralip. 1, 5, 8 et 15, et c. 6, v. 11.

VENIAM AD TE, ET BENEDICAM TIBI. Rectè hoc præcedentibus annectemus cum Chaldaeo, qui hæc sic interpretatur: *In omni loco in quo habitare fecero gloriam meam (puta in tabernaculo, sive templo, arcâ et altari), ibi mittam benedictionem meam, et benedictionem tibi, preces scilicet tuas exaudiens, tuisque dubiis et questionibus respondens, ac docens quid in hæc illave re faciendum sit; loquitur Deus hic non Mosi, sed populo.*

VERS. 25.—QUOD SI ALTARE LAPIDEUM FECERIS MIHI, NON ÆDIFICABIS ILLUD DE SECTIS LAPIDIBUS. Est hic exceptio à v. 12; ibi enim jussit Deus altare fieri ex terrâ, hic verò excipit lapidem insectum, jubetque altare fieri vel ex terrâ, vel ex lapide insecto et impolito; verum hunc lapidem, vel terram, puta ipsum altare, sere obduci jubet Exodi 27, 2, unde et altare, quod fecit Salomon, Scriptura vocat æneum. Intus ergo altare vetus plenum erat vel terrâ, ut vult Abulensis in Exodi 29, q. 6, Hugo et Richard. lib. de Tabernac. cap. 11; vel (quod verisimilius est) lapidibus insectis; nam 1 Machab. 4, 47, Judas Machabæus reedificans altare ab Antiocho destructum, prout fuerat prius, dicitur repositisse in eo lapides integros secundam legem: lex autem hic insectum jubet accipi lapidem, sive intonsum, ut habent Hebræa, id est, impolitum, quem Machabæorum liber vocat integrum. Sic et sancti, qui præter ordinem alibi altaria Dei instinctu erexerunt, ea fecerunt ex lapide impolito, uti patet de altari Elie, 3 Reg. 18, v. 51 et 52, et de altari Manuæ Judicum 15, 19, unde et idem de reliquis intelligendum est. Ita Ribera lib. 2 de Templo, c. 20.

SENIUM LEVAYERIS CULTRUM SUPER EO (super illud) POLLUETUR. Per cultrum intelligit limam, vel aliud quodvis instrumentum aptum ad lapidem scindendum, dolandum, poliendum; cultrum enim Hebræi usurpant pro quolibet instrumento ferreo, ait Vatablus. *Polluetur*, id est, contaminabitur ob præceptum et causam jam dictam, vers. 24, ac proinde ad victimas et sacrificia ineptum erit.

VERS. 26.—NON ASCENDES PER GRADUS AD ALTARE MEUM, NE REVELETUR TURPITUDO TUA, ne scilicet in ascensu verenda tua, inquit Vatablus, vel ipsa etiam subligacula tua linea (hæc enim sola gestabant sacerdotes, eaque usque ad genua tantum protendebantur; pedibus ergo nudis erat sacerdos sacrificans, ut patet Exodi 28, 42), ó sacerdos, conspici possint, ut per hoc tum populus, tum sacerdos admonetur casitatis et castissimæ reverentiæ quæ in sacris est adhibenda. Igitur cum sacerdotes communes sub tunica lineâ extimâ, de qua c. 28, 29, tantum induerent subligaculis lineis, facile in ascensu graduum videri possent eorum subligacula, aut etiam ipsi apertis vel passis, ipsa

verenda, hæc de causâ hosce gradus vetat hic Deus. Injuss contrarium fiebat in impuris sacris Priapi, ad quos Judæi valde fuerunt noxivi, ut patet 5 Reg. 15, v. 12 et 15. Unde D. Thomas 1-2, q. 102, art. 4, ad 6, et ex eo Lyranus, putant hic vetari gradus in altari, ad excludendam idololatriam. Nam in sacris, inquit, Priapi sua pudenda gentilibus populo denudabant. Hanc causam fuscè prosequitur Vilalpand. lib. 4 de Templo, c. 79. Imò ipse hæc verba: *Non ascendes per gradus ad altare meum ne reveletur turpitudò tua*, sic explicat, q. d.: *Non ascendes per gradus, more gentiliùm, ne, id est, hoc fine et modo, ut ex altis gradibus altaris reveles et ostendas tuam turpitudinem, puta genitalia, ut faciebant incesti et nefandi Ilyphalli in sacris Priapi, teste Athenæo, lib. 14, cap. 8. Verùm sic, pro ne reveletur, dicendum fuisset, ne reveles. Hæc enim duo opposita videntur: hoc enim est affirmativum, illud negativum. Porro hujus feditatis æquè ac Priapi cultus, proximum hoc Mosis tempore erat Hebræis periculum, eaque de causâ hæc sanctione vetatur et cavetur. Nam transituri erant Hebræi cum Mose per Moabitidem, ubi impensè colebatur Beelphegor, id est, Priapus, ipsique à Moabitibus sollicitandi erant ad ejus cultum. Sic enim legimus Numer. 25, Hebræos à puellis Moab, pellectos ad fornicationem, initiatos fuisse Beelphegor, id est, coluisse Priapum: quâ de causâ plaga in eos desævit, quam stitit Phinees occiso principe tribus Simeon, hujus sceleris chorago.*

Dices: 2 Paral. 4, 1, dicitur de Salomone: *Fecit quoque altare æneum decem cubitorum altitudinis*; atqui ad hanc altitudinem ascendenti necessarij erant gradus; ergo Salomon fecit hosce gradus, qui tamen hic vetantur.

Respondet Abulensis et Ribera lib. 2 de Templo, cap. 20, in fine, in altari Salomonis non fuisse gradus ligneos aut lapideos, sed continuum ascensum de terrâ, qui paulatim uniformiter tollebat in altum; itaque non erant ibi aliqui gradus, in quorum ascensione posset sacerdotis turpitudò nudari, et videri à populo. Cajetanus verò putat hic non omnes omnino gradus prohiberi in altari, sed multos et altos, per quos scilicet videri possit turpitudò sacerdotis; paucos ergo hic permitti, presertim si sensim et modicè ascendebat; itaque Deus vetando gradus in altari, simul vetuit ne nimis altum et excelsum facerent altare; debebat tamen altare mediocrem habere altitudinem, ut sacrificia in eo oblata à populo conspici possent.

Verùm respondeo hoc præceptum fuisse temporaneum, et durasse tantum tempore tabernaculi Mosaici, quando scilicet Deus cum Hebræis habitabat in tentoriis, id est, ante ædificatam à Salomone stabile templum, loco in perpetuum electo. Cum enim Moses cum Hebræis continuè peregrinaturus esset per desertum quadraginta annis usque in Chanaan, ideòque Deo fabricatus esset, non solidum templum, sed mobile et quasi castrense tabernaculum, voluit pariter Deus altare esse mobile, ideòque parvum, altum sci

licet tres cubitos, ut gradu et ascensu ad illud opus non esset. Salomon verò in summâ reipublice pace ædificans Deo magnificentum templum, sicut illud longè majus et magnificentius ædificavit, quàm Moses tabernaculum, ita pariter majus et magnificentius ædificavit altare, altum decem cubitos, ad quod proinde gradibus ascendere oportebat. Id ita esse patet, Ezechiel. 43, v. 17, quo loco de templo Ezechielis, quod adinstar Salomonici expressum est, dicitur: *Gradus ejus (altaris) versi ad Orientem*, ubi, licet R. David et R. Salomon respondeant, gradus hosce fuisse planos, puta acclivitatem planè et æqualiter ascendentem ad similitudinem pontis; alii verò dicant gradus hos fuisse extra atrium, fuisseque ipsos gradus atrii, quibus ad illud ascendebatur; tamen alii passim veros et magnificos censent hos fuisse gradus, non atrii, sed altaris magnifici, et decem cubitos alti; idque liquet ex textu. Videre est eos egregie expressos in effigie apud Vilalpand. pag. 388. Sicut ergo templum Salomonis in Cherubinis, porticibus, atriis, columnis, mari æneo, mensis, candelabris, et multis aliis, ita et in altari ejusque gradibus diversum fuit à tabernaculo et altari Mosaico, eoque longè prestantius, licet ad instar Mosaici, quantum fieri potuit, servatâ debita fabricæ proportione, templum suum, altare, etc., ædificavit Salomon.

Similia temporalia præcepta dedit Christus primitivè Ecclesiæ, id est, Apostolis, cum eos primum misit evangelizare per Judeam, scilicet ut irent bini, ut irent ad Judæos, non ad gentes, nec ad Samaritanos, ut non ferrent virgam, etc., Math. 20, v. 5 et sequent., quæ Christo mortuo constat eos non servasse, nec servare potuisse, cum missi sunt evangelizare omnibus gentibus per totum orbem.

Porro verisimilè prorsus est Salomonem ita latos, vicinos et appostos fecisse hos altaris gradus, ut sacerdoti nullum in eis esset cadendi periculum, et si quo casu cecidisset non tamen revelanda fuisse ejus verenda, nec à populo cerni potuisse, graduum amplitudine eum obtegente, et visum populi excludente. Denique nonnulli hæc loca ita conciliant, ut dicant altare Salomonis præcisè sumptum trium tantum fuisse cubitorum altitudinis, ut fuit Mosaicum, ideòque nullos habuisse gradus, quibus ad illud ascendere. Dicitur tamen in Paralipom. octo fuisse cubitorum gradus non erat opus. Sed ut hoc verum sit, hæc responsio non evitat difficultatem causæ. Nam in gradibus structioibus potuissent videri verenda sacerdotis, æquè ac in gradibus altaris. Hinc altare dicitur ab altitudine, ait Festus, quasi alta ara. Veteres enim diis superis sacra faciebant in ædificiis à terrâ exaltatis; diis verò terrestribus sacra faciebant in terrâ; diis denique infernalibus sacra faciebant in effossâ terrâ.

Allegor. in SS. Trinitate nulli inaequalitatis gradus sunt constituendi, uti fecit Arius, docens Filium esse minorem Patre, ac Macedonius, negans divinitatem Spiritus sancti; hi ergo per gradus ascenderunt ad altare, id est, ad Deum, ideòque à Deo rejecti et reprobati sunt.

Tropol. : *An altari cordis tui non facias gradus, id est,*

CAPUT XXI.

1. Haec sunt iudicia quae propones eis.
2. Si emeris servum hebraeum, sex annis serviet tibi : in septimo egredietur liber gratis.
3. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat : si habens uxorem, et uxor egredietur simul.
4. Sin autem dominus dederit illi uxorem, et pepererit filios et filias, mulier et liberi ejus erunt domini sui, ipse verò exiit cum vestitu suo.
5. Quòd si dixerit servus : Diligo dominum meum et uxorem ac liberos, non egrediar liber :
6. Offereat eum dominus diis, et applicabitur ad ostium et postes, perforabitque aurem ejus subulà : et erit ei servus in seculum.
7. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancilla exire consueverunt.
8. Si displicerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam ; populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreverit eam.
9. Sin autem filio suo desponderit eam, juxta morem filiarum faciet illi.
10. Quòd si alteram ei acceperit, providebit puellae nuptias et vestimenta, et pretium pudicitiae non negabit.
11. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunià.
12. Qui percuisset hominem, volens occidere, morte moriatur.
13. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus ; constituum tibi locum in quem fugere debeat.
14. Si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.
15. Qui percuisset patrem suum aut matrem, morte moriatur.
16. Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit eum, convictus noxae, morte moriatur.
17. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.
18. Si rixati fuerint viri, et percuisset alter proxi-

non extollaris de tuis prosectibus ; alioqui revelabitur turpitudine tua, quia superbiunt mentis comitatur contumelia carnis, inquit Rupert. Solet enim Deus superbiam punire per lapsum carnis et libidinis, ut per eam tam pudendam et probrosam ; se suamque infirmitatem agnoscant, et humilientur qui nimis alta de se sapiebant.

CHAPITRE XXI.

1. Voici les ordonnances de justice que vous proposerez au peuple.
2. Si vous achetez un esclave hébreu, soit qu'il se vende lui-même, ou qu'il vous soit vendu par un étranger, il vous servira durant six ans, et au septième il sortira libre sans vous rien donner.
5. Si s'en ira de chez vous avec le même habit qu'il y est entré, c'est-à-dire, avec un habit de la même valeur et de la même qualité : et si, entrant à votre service, il avait une femme de sa nation, elle sortira aussi avec lui :
4. Mais si son maître lui en a fait épouser une qui soit étrangère, et dont il ait eu des fils et des filles, sa femme et ses enfants seront à son maître ; et pour lui il sortira avec son habit.
5. Que si l'esclave dit : J'aime mon maître, et ma femme et mes enfants, je ne veux point sortir pour être libre :
6. Son maître le fera comparaître devant les dieux, c'est-à-dire, devant les magistrats, il lui fera déclarer devant eux le dessein qu'il a de rester chez lui, et ensuite l'ayant fait approcher des poteaux de la porte de sa maison, il lui percera l'oreille avec une aigle, pour marque de la servitude perpétuelle à laquelle il s'engage volontairement, et il demeurera son esclave pour toujours.
7. Si quelqu'un a vendu sa fille née libre, pour être servante, elle ne sortira point comme les autres servantes, qui étant nées esclaves, ont accoutumé de sortir ; mais son maître l'épousera, ou la fera épouser à son fils.
8. Si elle déplaît au maître à qui elle avait été donnée, il lui rendra la liberté, et la laissera aller ; mais l'ayant ainsi méprisée, il n'aura pas le pouvoir de la vendre à un peuple étranger.
9. Que s'il l'a fait épouser à son fils, il la traitera comme l'on traite d'ordinaire les filles libres ; il lui donnera une dot, et tout ce qui est dû à une femme légitime.
10. Mais s'il fait ensuite épouser à son fils une autre femme, il donnera à la fille qu'il avait épousée la première, ce qui lui est dû pour son mariage, le logement, la nourriture et des vêtements, et il ne lui refusera pas ces choses qui sont comme le prix de la virginité.
11. Que s'il ne fait point ces trois choses, elle sortira libre, sans qu'il en puisse tirer d'argent.
12. Si quelqu'un frappe un homme avec dessein de le tuer, qu'il soit puni de mort.
13. Quant à celui qui ne lui a point dressé d'embûches, mais entre les mains duquel Dieu l'a fait tomber par une rencontre imprévue, je vous marquerai un lieu où il pourra se réfugier.
14. Si quelqu'un tue son prochain de dessein prémédité, et lui ayant dressé des embûches, vous ne lui pardonnerez point ; et s'il se réfugie dans mon tabernacle, vous l'arracherez même de non autel pour le faire mourir.
15. Celui qui aura frappé son père ou sa mère, sera puni de mort.
16. Celui qui aura enlevé un homme hébreu, et l'aura vendu, s'il est convaincu de ce crime, sera puni de mort.
17. Celui qui aura mandé son père ou sa mère, sera puni de mort.
18. Si deux hommes se querellent, et que l'un frappe l'autre avec une pierre ou avec le poing, et que le

mem suum lapide vel pugno, et ille mortuus non fuerit, sed jacuerit in lectulo ;

19. Si surrexerit, et ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit qui percuisset, ita tamen ut operas ejus et impensas in medicos restituit.

20. Qui percuisset servum suum vel ancillam virgâ, et mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit.

21. Sin autem uno die vel duobus supervixerit, non subiacebit poena, quia pecunia illius est.

22. Si rixati fuerint viri, et percuisset quis mulierem praequantem, et abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit ; subiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, et arbitri judicaverint.

23. Sin autem mors ejus fuerit subsequuta, reddet animam pro animâ.

24. Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede,

25. Adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.

26. Si percuisset quispiam oculum servi sui aut ancillae, et luscus eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.

27. Dentem quoque si excusserit servo vel ancillae suae, similiter dimittet eos liberos.

28. Si bos cornu percuisset virum aut mulierem, et mortui fuerint, lapidibus obruetur ; et non comedentur carnes ejus ; dominus quoque bovis innocens erit.

29. Quòd si bos corrupta fuerit ab heri et nudius tertius, et contestati sunt dominum ejus, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem : et bos lapidibus obruetur, et dominum ejus occident.

30. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro animâ suâ quidquid fuerit postulatus.

31. Filium quoque et filiam si cornu percuisset, simili sententiae subiacebit.

32. Si servum ancillamque invaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimitur.

33. Si quis aperuerit cisternam, et foderit, et non operuerit eam, occideritque bos aut asinus in eam,

34. Reddet dominus cisternae pretium jumentorum ; quòd autem mortuum est, ipsius erit.

35. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, et ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum, et dividunt pretium ; cadaver autem mortui inter se disperdient.

36. Sin autem sciebat quòd bos corrupta esset ab heri et nudius tertius, et non custodivit eum dominus suus, reddet bovem pro bove, et cadaver integrum accipiet.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—HAEC SUNT IUDICIA QUAE PROPOSIS ERIS. Iudicia vocat praecepta judicialia, quae Deus hisce tribus capp. puta 21, 22, 23, prescribit ad populum justè et pacifice gubernandum, atque ad lites inter Hebraeos dirimendas ; sicut ceremonialia praecepta vocantur ea, quae populo ad Deum ritè colendum per-

blesse n'en meure pas, mais qu'il soit obligé de garder le lit ;

19. S'il se leve ensuite, et qu'il marche dehors, s'appuyant sur son bâton, celui qui l'avait blessé sera regardé comme innocent de sa mort ; mais il aura pu s'appliquer à son travail, et de lui rendre tout ce qu'il aura donné à ses médecins.

20. Si un homme frappe son esclave ou sa servante avec une verge, et qu'ils meurent entre ses mains, il sera coupable de ce crime, et il en portera la peine ;

21. Mais s'ils survivent un ou deux jours, il n'en sera point puni, parce qu'il les a achetés de son argent, et qu'en les perdant il perd ce qui est à lui.

22. Si des hommes se querellent, et que l'un d'eux ayant frappé une femme grosse, elle accouche d'un enfant mort, sans qu'elle meure elle-même, il sera obligé de payer ce que le mari de la femme voudra, et ce qui aura été ordonné par des arbitres.

23. Mais si la femme en meurt, il rendra vie pour vie ;

24. Et en toutes les occasions où l'on aura fait tort à son prochain, on rendra œil pour œil, dent pour dent, main pour main, pied pour pied,

25. Brûlure pour brûlure, plaie pour plaie, meurtrissure pour meurtrissure, non pour satisfaire la vengeance de celui qui a été offensé, mais pour punir le coupable, et pour arrêter la fureur de ceux qui voudraient l'imiter.

26. Si un homme donne un coup dans l'œil à son esclave ou à sa servante, et qu'ensuite ils en perdent l'œil, il les renverra libres pour l'œil qu'il leur aura fait perdre.

27. Il renverra libre son esclave ou sa servante, s'il leur a fait sortir une dent de la bouche.

28. Si un bœuf frappe de sa corne un homme ou une femme, et qu'il s'en meurent, le bœuf sera lapidé, et on ne mangera point de sa chair, pour inspirer plus d'horreur de l'homicide, et pour engager ceux qui ont des bœufs à les garder plus soigneusement ; mais le maître du bœuf sera jugé innocent.

29. S'il y a déjà quelque temps que le bœuf frappait de la corne, et que le maître ne l'ait point renfermé après en avoir été averti, en sorte qu'en suite il tue un homme ou une femme, le bœuf sera lapidé, et le maître puni de mort.

30. Que si on le taxe à une somme d'argent, il donnera pour racheter sa vie tout ce qu'on lui demandera.

31. Si son bœuf frappe un garçon ou une fille, le même jugement aura lieu.

32. Si son bœuf frappe un esclave ou une servante, il paiera à leur maître trente siclos d'argent, et le bœuf sera lapidé.

33. Si quelqu'un a ouvert sa citerne ou creusé la terre sans la couvrir, et qu'il y tombe un bœuf ou un âne,

34. Le maître de la citerne rendra le prix de ces bêtes, et le bête qui sera morte sera pour lui.

35. Si le bœuf d'un homme blesse le bœuf d'un autre, et qu'il en meure, ils vendront le bœuf qui est vivant, et ils en partageront le prix entre eux ; ils partageront de même le bœuf mort.

36. Que si le maître sachant qu'il y avait déjà quelque temps que son bœuf frappait de la corne, n'a pas eu soin de le garder, il rendra bœuf pour bœuf, et tout le bœuf mort sera pour lui.